



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Advocatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

affirmativè, *cap. ut debitus, & ibi notata, de appellat.* Guid. Pap. *quæst. 43. num. 79.* & hoc quando concedit Apostolos reverentiales, secus verò, quando dum quis appellat dicit iudex: Admittatur appellatio, si, & in quantum, & concedit Apostolos refutatorios, ita est in praxi.

Ad vigesimum. Respondetur, quòd sac. Concil. Trident. *sess. 24. capit. 20. de resor. §. preterea,* dicit quòd appellans teneatur acta omnia coram iudice à quo gesta ad iudicem appellationis expensis suis transferre, appellatus verò si voluerit uti illis, teneatur proportionè sua subire expensas.

Ad vigesimum primum. Vide Bal. *in marg. Innoc. in versic. terminus & in ver. malitia,* ubi multa dicit.

Ad vigesimum secundum. Vide Bald. *loc. cit. in ver. iudex,* ubi multos enumerat casus pro practica.

Ad vigesimum tertium. Vide Covar. *in c. alma mater, 2. p. §. 2. n. 1.*

AFFINITAS.

PRimò, Affinitas est unum ex impedimentis impediens & dirimens matrimonium, usque ad quartum gradum inclusivè, *c. non debet, cum vulgatis, de consanguin. & affinit.*

Secundò, contrahitur etiam in coitu fornicario, & parit impedimentum, prout *in ver. matrimonium, §. 12. & 13.*

Tertiò, non contrahitur, quando fit copula extra vas debitum, vel ibi non seminatur. *Sot. 4. sent. dist. 41. quæ. uni. art. 2. Flor. Theol. in 4. sent. tract. de affinit. art. 1. concl. 4.* neque per coitum sodo-

miticum contrahitur affinitas, *c. extra ordinariam, 35. qu. 3. & ibi gloss. Capella Tolos. quæst. 96. & ibi additio. & Navar. consi. 4. de cons. & affinit.*

Quartò, licet inter virum & uxorem non sit affinitas, cum sit potius principium affinitatis, tamen in favorabilibus veniunt appellatione affinitatis, sive affinium, prout in jure protim. & compromissi. *Novel. de jure protim. §. primus, num. 39. & 40. Tiraq. de viroque retract. §. 14. gloss. 2. num. 19.* vide etiam *Iser. in c. qua sunt regalia, §. bona vacantia, vers. 1. additio, num. 26.* Est alia affinitas spiritalis, de qua *in ver. baptismus,* & in qua nunquam legitur Papam dispensasse. *Abb. capit. accepimus, num. 6. de purg. san.*

ADVOCATUS.

PRimò, Advocatus quando non est stipendio publico conductus, potest per iudicem compelli ad patrocinandum causis, & litibus pauperum: si nolit, potest ei interdici officium advocandi, & potest peccare mortaliter, vel venialiter in casu contrarii, secundum circumstantias causarum, & necessitatis pauperis litigantis, *Covar. pract. quæst. cap. 6. num. 4.*

Secundò peccat mortaliter, revelando secreta sui clientis parti adversæ, *Navar. c. 25. à n. 28. & infra. Sylvest. in ver. advocatus,* & puriori uti prævaricator, *l. 1. ff. de prævaric. sed quid in procuratore? vide §. si quis instrumentum, l. si quis aliquid, ff. de poenit. Iser. quibus modis secundum admittatur, il 2. per totum.*

E Tertiò,

Tertiò, non potest conveniri cum cliente de quota litis parte, vel dimidia trina, vel quinta, & infra, Navar. *loc. cit.* Soc. *lib. 9. q. 8. art. ult. de iust. & iure*, textus est in *l. litem, C. de procur. Navar. conf. 4. de pactis.*

Quartò, nec potest patrocinari am-
babus partibus.

Quintò, nec ipse, nec procurator, vel iudex potest retinere scripturas, seu instrumenta litigantis, sibi tradita, & consignata pro mercede, & salario. Capyc. *decis. 2. n. 1.* Boer. *in dec. 15.* & Bar. *in l. si non sortem, §. si certum ff. de condit. indeb.*

Sextò, potest veritatem occultare ad-
versatio si habet iustam causam, *argum. cap. 1. 3. q. 4.* Tiraq. *de iuro. retract. in praefat. n. 70.* & *c. dominus, 23. q. 2.* vide Covar. *lib. 1. c. 2. var. resol. per totum, & nu. 1.* & gloss. *in c. cupientes, in verb. malignantium, & in Gem. de elect. lib. 6.*

Septimò, an possit esse testis in causa cui patrocinatur, vel pro parte adversa, vel deponere ea, quæ sibi clientulus communicavit, vel de quibus fuit consultus, vide Vinc. de Franc. *dec. 222.* ubi quoad primum, tertium, & quartum, respondet negativè.

Octavò, Advocatus non potest esse, qui non est baptizatus, *l. nemo, C. de postul. c. qui nemo, de pœnit. d. 1.* & ibi Navar. *num. 2.*

Nono, Advocatus potest esse in causa appellationis, ille qui fuit iudex in causa principali, sive in prima instantia. Cap. Tolos. *q. 178.* & ibi Addit.

A B O R T U S.

Quot pœnas censurasque reservatas Sedi Apostolicæ incurrant abortus, etiam non animato fœtu, vel sterilitatis venena procurantes, auxiliantes, dantes medicinas, vel alia huiusmodi, vide Bullam Sixti V. editam anno Domini 1589. Vide *c. si quando, c. quod verò, cum sequentibus, 32. q. 2.* & Sylvest. *in verborum abortus*: quibus pœnis subiciantur in foro exteriori, vide Cov. *lib. 2. c. 20. ver. 11. num. 9. var. resol. & in Clem. si furiosus de homic. 2. p. §. 3. n. 1.* vide etiam in *l. Cicero, ff. de pœnis, & Fab. de Mont. in sua praxi arbitraria, super prima lueræ, ne tuorum, p. 4. c. de crim. partus eiecit. & c. cum sequentibus, fol. 258.* ubi præter spiritualia, ponit exceptiones adversus hoc facinus *supra scripto loco; fol. 240.* vide Conc. VI. generale Constantinop. *c. 91.* ubi dicit puniri pœna occisoris, vide *c. si aliquis, & ibi Abb. de homicidio, & c. sicut, & ibi Abb. eo. tit.* vide Bullam Greg. XIV. editam anno 1591. quæ reformat Bullam Sixti, de qua supra. Secundò, si dubitatur an abortus fuerit animatus, nec ne, præsumitur potius animatus quàm non, *Abb. in c. sicut, n. 7. de homic.*

A B B A T I S S A.

SUMMARIUM.

1. Quot annorum debeat esse quando eligitur.
2. A quibus eligi debeat.
3. Quantum temporis duret in officio.
4. An possit eligi ex alia religione.
5. Alii officiales monasterii a quo eligantur.
6. Quomodo eligi debeat Abbatisa.

7. An